

in partem Domini Heinrici de Wasto marchionis eorum fratris, uti assenserunt Domini Mainfredus, Bonifacius, & Oddo Boverius quidquid juris, & possessionum (10) . . . & in com . . . Vintimilii, Albiganni, & in Armedano (11) . . . eorum avia . . . uti de facto cesserunt.

In quarta parte autem posuerunt, & designaverunt castrum, villam, & locum, qui dicitur Ceva, salvis juribus S. Mariae de Pin. . . cum villa, & rupe Ciliarii salvis . . . S. Dalmatii, Castrum Nigella, Bastitam Caraxoni, Rivo-frigido, Ventiperis (12), Castellinum, Marsalia, Iglanum, Roaxium, Torrixelam, castrum, & villam Pallodi, Montem Barcarium, salvis juribus S. Mariae de Caramania, castrum, & locum Sallarum, salvis &c. Episcopi Savonae, Montezemoli, & Castrinovi, Castrum Montis Basilii, salvis juribus Episcopi Astensis, Lesium (13) castra, & loca Monasterolii, Veolae, & Scagnoli, castrum Noxeti, castrum Battifolii, Malpotremum, Perlum, Castrum de Baniasco, Maximinum, Murialdum cum decimis, & praestationibus . . . (deest linea) . . . & jura, quae Dominus Bonifacius eorum pater habere videbatur in valle Casaliae (14) usque ad cacumina alpium in loco, & villa Turris S. Michaelis, & S. Pauli, & Lesegni, quae castra nunc possidet Dominus Obertus de Monteacuto, jura in Frierio, in Garexio, in Podolio (15) usque ad Nava (16), & in Vignolio, jura in Pamparato, in Casalibus de Petra auriola, de Malpotremo &c., & quidquid intra limites ipsorum locorum, & villarum continetur: coherent huic parti D. Gulielmus marchio pro parte sua, D. Ugo pro Marchionatu Cravexane D. Henricus, & Bonifacius marchiones pro partibus inferius descriptis, Tanarus, & Burmida, quae pars ut supra ordinata de communi consensu, & voluntate praedictorum fratrum de Wasto obvenit Domino Anselmo, & denominata est Marchionatus Ceve.

Insuper in quarta parte posuerunt villam, & castrum, & locum Curtimio cum tenimento, & castris, & locis ut infra facientibus ratam hujus partis de communi consensu designatis, quorum nomina sunt haec: castrum & locum de Novellis, item de Meanis salvis juribus illorum de Braida, Montisfortis, castrum, & locum B. (17) . . . Diani, castrum Rod. . . Sinei, castrum Arguelli, castrum Bossolaschi cum pertinentiis, Nigella &c. Castra Serravallis, Albereti, de Boscho, de Casteno, Cessole, Castra de Bubio, de Perleto, de Rupe Overano, de Ulmo, de Gorrino, de Bergolo, turris, & aedificia, quae erant illorum de Uffono, Castra Gorzegno, de Montebaldono, de Salegio (18), de Gorrino, de Loesio, Turre de Burma, & possessiones, & jura in Cagna, in Ursariola, in Monteurcino; item loca Seisolii, S. Benedicti, monasterii Niose, item castra Cerreti, Arguelli, & Cravanzane cum hominibus, masnengis, territoriis, decimis, & redditibus villarum, & locorum, & quidquid intra fines ipsorum, & ipsarum continetur, & si verbaliter non expressorum. Coherent huic parti Dominus Ugo marchio ut supra pro Marchionatu Cravexane ex parte Tanagri flum. . .

& Com. . . . Albe, & Burmida ex alia, & Dominus Henricus, & Otto fratres de Wasto pro partibus cuique eorum inferius designatis, quam partem ut supra factam, & limitatam accepit sibi, & elegit Dominus Bonifacius marchio, & appellata fuit pars, seu Marchionatus de Curtimio.

Pro parte vero Domini Heirici de VVasto marchionis posuerunt incipiendo a jugo versus mare castrum, & villam Saone, cum Vasto, Vado, & Lovaniola cum toto districtu versus Toiranum, prout vadit vetus Marca usque ad finem cum hominibus casalibus, pascheriis, & pedagiis locorum Quiliani, Segni, Pertie, Pie, & Arche, castrum Carcherorum cum tenimento, & cum territorio Cairi, quod est trans Burmidam castrum, & locus Altaris cum Mallis, & Palleris, locum, & homines Bardineti, castrum Calixani, & tota terra, & pascheria usque ad ripam Erri salvis juribus Ecclesie S. Petri site in posse Cairi in tenimento Ferrania cum Ferrania superiori, & inferiori: item Urbam cum Deigo, & Saxello; item castrum Meolianum, locus, & territorium Pareti, item castrum, villam, & territorium de Spigno, salvis juribus Ecclesiae S. Quintini, Martini cum omnibus juribus, montibus, pascuis, terris cultis, & incultis, quae & quas habere videbatur Dominus quondam Bonifacius marchio eorum pater, & possidebat ultra alpes, & in vallibus forestis, & casalibus de Valla, de Montealto, de Castelletto, & de Valderio usque ad Pontem novum de versus Tertium, & prout vergit Burmida Clarasca (19) . . . Coherent Domini de Ponzono, & Domini de Incisa a duabus partibus; item jura, & actiones, quae & quas habent ipsi fratres marchiones in Albigauno, & in Comitatu Vintimilii eisdem spectantia ex successione, & hereditate eorum Avie (deest linea) . . . sedimina, pascheria, telonea, & pedagia ipsorum locorum quorumcumque item castrum Nauli, quando recuperatus fuerit, ad quod redimendum, & recuperandum promiserunt dicti fratres marchiones Mainfredus, & Oddo Boverius totis viribus adjuvare prout juraverunt &c., quam partem ut supra sibi de consensu dictorum Dominorum fratrum Marchionum sibi elegit, & tenuit Dominus Henricus Marchio, & vocata fuit Marchionatus Saone.

In septima parte que assignari debet Domino Oddoni Boerio fratri eorum Dominorum Marchionum descripserunt, & posuerunt primo castrum, locum, & territorium Laureti (20) . . . pali cum bastitis, & nevigiiis, castra, & . . . Barbarisco, Farinerio, de Maturello, de Potino cum Ecclesiis noviter constructis S. Majori, & S. Stephani de Maxeto, castrum Blone, castrum de Cawurro, fax . . . vando, castrum de . . . Pontem Sparvagium, & Cavaionum, Serruxonum, Tairolam, & Aglanum, Castrum novum, montem de Gardino, castrum, & tenimentum, quod dicitur Arduinorum, Balango, Axanum, Rupem de Araxiis, & quidquid possessionum, & tenimentorum continetur a Tanaro per Tinellam ad Belbum, eundo per viam magistram deversus terras, & castra Dominorum de Incisa salvis juribus Ecclesie sanctorum Apostolorum, & Episcopi Astensis, &